

**Constitutio Execrabilis Johannis Pape. cxi. sup pluralitate
beneficiorum modificanda.**

Johannes episcopus seruus seruorum dei. ad perpetuam rei memoriam. Execrabilis quorundam eorum religiosorum quam secularium ambitio. que semper plus ambiciens eo magis fit insatiabilis. quo sibi amplius indulget et improbitas importuna petentium a nobis et predecessoribus nostris Romanorum pontificibus non tam obtinuisse quam extorsisse plerumque noscitur. et unum interdum esse ad unum beneficium ecclesiasticum minus idoneus in diuersis ecclesiis. ne dum vicinis sed ab inimice longe distantibus. immo nonnunquam in diuersorum regionum partibus situatis pluresque quam duas aut tres vel plures etiam dignitates personarum. officia. seu parat aut diuersa beneficia ecclesiastica cura animarum habentia possit dispensatiue cum aliis non liceret de iure communi sibi recipere ac simul licite retinere. **¶** Quia inter cetera inconuenientia subscripta sequuntur. **¶** Interdum videlicet unum qui unicum. quibus modicum vir officium ad implere sufficeret plurimorum sibi vendicat stipendia quam multis literatis viris. vite puritate ac testimonio bone fame pollentibus qui medicant. possint abunde sufficere equa distributione collata hinc ipsa parat vagandi materia. diuinum cultum minuit. hospitalitas in ipsis beneficiis debita non fuerit. **¶** Et dum non sunt sui in vnaqueque regione rectores ecclesiarum detrahunt amovis et honoribus. que carentes defensorum auxilio in iuribus suis et libertatibus multipliciter collabunt. ruinis percunt edificia nobilia que magnificentia extruxerat decessorum. et quod amarius est dolendum animarum cura negligit. ac viciorum fontibus fomentum periculose prebet. **¶** Nos itaque tot malis tanisquam discriminibus occurrere cupientes omnes et singulas dispensationes super receptione et retentione plurium dignitatum personarum. administrationum officiorum paratum. aut beneficiorum quibus cura animarum sit annexa sub quacumque forma vel expressione verborum a nobis vel dictis predecessoribus nostris cuiusque persone scilicet Cardinalibus tamen sancte Romanorum ecclesie. qui circa nos vniuersali ecclesie seruiendo singularum ecclesiarum amoditatis se impendunt. **¶** Ac regum filijs qui propter sublimitatem eorum. et generis claritatem sunt potiori prerogatiua. et gratia extollendi duntaxat exceptis. **¶** Deliberatione super hoc cum fratribus nostris habita diligenti de ipsorum consilio et ex certa nostra scientia in forma subscripta duximus taliter moderandas. quod per moderacionem nostram effrenatam circa easdem personas talium beneficiorum multitudinem refrenemus. ipsique impetrantes fructu dispensationum huiusmodi taliter si frustrentur. **¶** Beatum itaque et de fratrum nostrorum concilio ordinamus quod obtinentes nunc et dispensatione legitima pluralitatem huiusmodi dignitatum. personarum officiorum aut paratum. seu beneficiorum. que alias absque dispensatione